Monseigneur

No. 40

Exaratas die 23. præsentis literas Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ rectè recepi, ac pro expressa in eis condolentia et gratulatione, debitas refero gratias, expectans Sacræ Regiæ Majestatis ratione homagii voluntatem mihi proximis exponendam, atq in Curlandiam totaliter ruinatam innumerisq involutam debitis, me conferrem, si modo nervus pecuniarius non deficeret, qui etiam remotus adhuc apparet, quando de quinque millibus imperial: termini Nundinarum Lipsiensium Novi anni, nec dum est certitudo, imò quod maximum, cum omnia taliter prouti Regiam dispositionem esse dicunt subscripserim, de summa Capitali et termino Festi Purificationis S. Mariæ, cujus exsolutio hic jam realiter fit per aliquot dies, nec unicum verbulum est mentio promissa in literis Illrmæ Vræ Excellentiæ die 16. curr: ad me datis, Nesciens proindè si et hæc pecunia mihi præripietur et sic ulterius omnis creditus meus mediaq salvandi me prospedientur, cum

tamen Illrmus Supremus Aulæ Mareschallus Dominus Co
mes Pflugk, mihi jam in literis suis die 12. current: gr
tulatur de subsequenda satisfactione mea, ac eam eti
melius facere haud possent, quam si una vice, ut sæpiu
jam comemoravi, Centum millia imperialium in specie, mi
hi exsolverentur, tunc reliquos quadringentos imperiale
in specie lucrarentur adhuc, ac negotium una vice esset e
am terminatum et ego pecunia adjutus, nam in Curlandi
parum ad nihil inveniam nisi immensa debita, uti e
jam fit mentio de quinquaginta millibus Rubelorum
et plurium contractorum debitorum exsolutione, sicq Ex
lutoris debitorum in me deveniret miserabilis functio. I
lustrmam Vestram Excelleam enixe rogo, in documentum a
citiæ, quid tandem in negotio meo pecuniario a Sta R
Majestate debeam mihi promittere cum nunquam poss
credere esse voluntatem Regiam detinendi ulterius q

meum est et quod unicum saltem adhuc impedit ire in patri-
am meam, Mihi perscribere dignari velit, Cujus coeterum
me et negotia mea, benignæ comendo ulteriori Excellæ Vestræ
promotioni, ac ad quævis reciproca præstanda officia obliga-
tus, omni venerationis cultu maneo,

Monseigneur

de Vôtre Excellance

le tres humble tres-
obligé serviteur

Ferdinand Duc
de Curland

P. S. Generalis Wacker-
bart in literis suis ad me
die 16. curr: datis, scribit et alle-
gat testimonium Ill: V. Exc: quod
Lipsiæ illa quinq millia talerorum
solvere paratus fuerit, sed Ill: Vra
Exc: illos acceptare noluerit, et impe-
riales in specie prætendisse. Ill: Vra
Excell: jam habet chartam blancam
ad quietationem super quinq mille
taleros, ac proinde ei in quibuscunq
dederint sortibus, acceptandi erunt,
si Gnlis Wackerbart exsolvet, eosq quam
primum huc mihi transmittendos, rogo.

Gedani die 28. Februarij.

ao 1722.

246.

Celſiſs^mus Dux Curlandiæ d 28 Febr 1711